

8. Quicquid præbet scandalum, id est abrogandum.

Exorcismus præbet scandalum,

E. Exorcismus est abrogandus.

Resp. τὸ καθ' αὐτὸ confunditur, cum τῷ συμ-
βεβηκότι. Sunt ergò quatuor termini. Me-
dius est διπλῶς, habetq; aliam significatio-
nem in majore, & aliam in minore, & sic
non Synonymos cum extremis cohæret.
Exorcismus enim non per se scandalum
parit, ratione omnium hominum, sed re-
spectu eorum, qui sinistram in animo suo
fovent opinionem. Et sic non est datum,
sed acceptum scandalum.

9. David est beatus:

David est adulter:

E. Adulter est beatus.

Resp. est fallacia Accid. Licet enim ambo
hæc Accidentia (beatitudo & adulterium)
in Davide concurrerint: tamen adulte-
rium non est causa beatitudinis: Sed lon-
gè alia est ejus effectrix. Scharf. 227.

10. Hic canis est pater:

Hic canis est tuus:

E. est tuus pater.

I 3

Resp.